Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Decima Domo. Cap. X

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De Decima Domo.
Caput X.

DEcimam domum eſſe ſitam in medio cœli voluerunt Aſtrologi, & illam vocauerunt datricem dignitatum, exaltationũ, honorum, & publicorum officiorum, de lineis ergo has dignitates indicantes breuiter tractabimus.

FIGVRA CCCLIX.

Habens tres lineas rectas, & breues ideſt vnam in ſituatione Solis, vnam in ſituatione Veneris, & tertiã in illa Mercurij, vt in fig. 359. exaltabitur, & in dignitatibus collocabitur.

FIGVRA CCCLX.

Quatuor lineæ rectæ, & breues ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & vna lõga, & recta in ſituatione Solis,& aliæ duę ſicut 2,oppoſitæ in ſituatione Mercurij,vt in fig.360.dant honores,& dignitates.

FIGVRA CCCXLI.

Habens vnam lineam cum ſemicirculo ex parte ſiniſtra in ſituatione Lunæ, vt in fig.361. magnis exaltationibus honeſtabitur.

FIGVRA CCCLXII.

Habens vnam lineam rectam, in medio ſituationis Solis,& alteram rectã, & longã in ſituatione Veneris, vt in fig.362. oneribus publicis,& conſpicuis dignitatibus decorabitur.

FIGVRA CCCLXIII.

Habens vnam lineam rectã longam, & profundam in ſituatione Iouis, vt in fig. 363.publicos magiſtratus exercebit.

FIGVRA CCCLXIV.

Habens duas lineas .i. vnam breuem, & rectam ex parte dextera in ſituatione Martis, & alteram rectam, & longam in ſituatione Solis, vt in fig.364. adminiſtrabit magiſtratus publicas dignitates, & habebit diuitias.

FIGVRA CCCLXV.

Habens duas lineas in medio frontis, quæ faciunt angulum in ſituatione Veneris,& deſcendant vſque ad ſituationem Mercurij, vt in figur.365. in honoribus,oneribus, & dignitatibus erit conſtitutus.

De Vndecima Domo. Cap. XI.

EE. Vndecima domo ſumi argumentum qualitatum amicorum voluerunt Aſtrologi, eò quod in illa conſiderantur quatuor aſpectus maximę contemplationis, duo trini .ſ. cum tertia,& ſeptima, & duo Sextiles cum prima, & nona: In tertia .n. inſpiciuntur parentes,conſanguineis in ſeptima amor s vincula; in prima propria, & naturalis ſympatia,& in 9. longę peregrinationes,& vt ſit verum vndecimæ domui tribui dictas quatuor domus,breuiter agemus de lineis naturam,& proprietatem amicorum indicantibus.